



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Zosimo. 184.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

*Cui Christi-
sus mar-
garita
vocetur.*

temnit, ac Dominum gloriae quaerit. Margarita autem idcirco appellatur, quia diuinitatis profundo copulatus est, solisque piscatoribus atque ipsius interpretibus cognitus.

Eidem. 183.

*Psal. 16.
Apostoli
piscato-
res.*

*Cui res
humanae
mari co-
parentur.*

Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, sunt diuino numine afflati Domini discipuli, ut qui & ex priore vitae instituto id fuerint, & ex piscatoria in mundo operatione ad spirituales migrarint. Quoniam enim non secus ac fluctuum insultus, humanae res intumescunt ac vicissim sedantur, earum inconstantiam diuina oracula haud abs re maris nomine appellarunt. Qui autem hoc mare tranquillum reddiderunt, in aquis multis operationem fecisse dicti sunt.

Zosimo. 184.

Si Dei patientiam ac lenitatem contemnis, o miser, saltem praesentia te commoueant. Multi enim ad futura caecutientes, huius vitae suggillationes vitant. Quod si & haec & illa pro nihilo ducis, & hic tui risum, & illic fletum commouebis.

*Et hicri-
sum &
postea fle-
tum mo-
nere.*

Eusebio Episcopo. 185.

Iis, qui ope atque auxilio opus habebant, opem ferre potuisses, nisi te ipsum faedis quaestibus atque electionibus prius confecisses. Nam qui te Pan sophio additum cernunt, hoc est homini ei, qui non modo diuino Stephano, cuius munus temere suscepit, contumeliam intulit, verum etiam virtutem omnem ex honesto & graui choro propellere atque obterere studet, quoniam tandem honore te afficere queant? Quod si & ipsum prohibeas, & te ipsum corrigas, hoc consequeris, ut & huius vitae res tibi omnino latae atque commodae existant, & res alterius vitae omnino tolerabiles.

θησαυρίας καταφρονῶν, καὶ τὸν κύριον τῆς δόξης ζητῶν· μαργαρίτης δὲ κέκληται, ἐπεὶ τῷ βυθῷ τῆς θεότητος ἠνωταί· καὶ μόνοις τοῖς ἀλιεῦσι καὶ τοῖς αὐτοῦ ὑποφύταις ἐγνώετο.

Τῷ αὐτῷ. 183.

Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιούτες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, οἱ τῷ κυρίῳ τυγχάνουσι θεοφόροι σπύργοι, καὶ ἐκ τῆς προτέρου τοῦτο ὄντες ἐπιτηδεύματος, καὶ ἐκ τῆς ἐν τῷ βίῳ ζωρευτικῆς ἐργασίας, ἐπεὶ γὰρ ὡς κυμάτων ἐπανάστασις φλεγμῆται κατενύαζεταί τῶν ἀνθρώπων τὰ πράγματα, εἰκότως θάλασσαν πλὴν τῶν ἀνομαλίῶν οἱ θεοὶ καλεῖσι χερσημοί. οἱ δὲ ταύτην γαλιηνεῦσαι εἰς, ἐν ὕδασι πολλοῖς πεποιθῶν ἔργασίαν ἐρήθησαι.

Ζωσίμῳ. 184.

Εἰ τῆς ἀγοῆς τῆς θεοῦ, καὶ τῆς μακροθυμίας, ἧ τάλας καταφρονεῖς, καὶ τὰ παρόντα ἀδέσθητι, πολλοὶ γὰρ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀβλεποῦντες, τὰς ἐν ταῦτα ἐκκλίνουσι κωμώδιαι. εἰ δὲ ταῦτα ἀκείναι καταφρονεῖς, ἐν ταῦτα γελασθήσῃ, καὶ κείθῃ θρηνηθήσῃ.

Εὐσεβίῳ ἑπισκόπῳ. 185.

Ἡ δυνάτω, ἐπικουρεῖν τοῖς βοηθείαις προδομῶν, εἰ μὴ ταυτὸν προκατέλυσας ἀχρῶν λήμμασι καὶ προβλήμασιν. οἱ γὰρ ὄραντες σε πανσοφίου ἠτιώμενοι, ἀγράφου μὴ μόνον τὸν θεὸν ἰσχυροῦς Σίεφανον, οὐ πλὴν λειπρήναι ἀκρίτως ἐδέξατο, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐκ τῆς σεμνῆς χοροῦ προπυλακίῃσιν ἀουδάροντος, πῶς ἂν σε πῆναι ἀξιώσθην. εἰ δὲ καὶ τὸν σαλλύσας, καὶ σαυτὸν διορθώσας, καὶ τὰ ἐν ταῦτα πάντως φανεῖται σοὶ χερσηταί καὶ τὰ ἐκείθεν πάντως ἀνεκταί.

Σερίνῳ